

et dixit benedictus dominus hodie qui dedit Dauidi filium sapientem super populum huc multum. Et misit Chiram ad Selomonem dicendo: audiui que emisisti ad me, ego faciem omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & in lignis abiegnis. Scrini mei deponent de Lebanon ad mare, & ego ponam ea in ratiis in mari usque ad locum quem significaueris mihi & applicabo ea tibi. Iuxta hebreum habetur. & faciam spargere ea ibi, videlicet in ora maris tui quam dixeris. omnem enim operam usque ad littus maris Salomonis inclusive spondet rex Tyri, & tolles ea præbebis que necessaria mihi ut detur cibus domini mei. Iuxta Hebreum habetur. & tu facies voluntatem meam ad dandum panem domini mei. haec enim erat merces operarum.

Chiram igitur dedit Selomonis ligna cedrina & ligna abiegnia iuxta omnem voluntatem eius. Et Selomo dedit Chiramo viginti milia chororum tritici in cibum domui eius, & viginti choris purissimi olei. Hebraicè habet. olei tu si. Ad differentiam olei ex olibus oliuarum dicitur tu si. sic dedit Selomo Chiramo per singulos annos.

Dominus autem dedit sapientiam Selomonis sicut locutus est ei: & fuit pax inter Chiram & Selomonem, & percusserunt ambo fadus. Elegitque rex Selomo operarios de omni Israël: & erat in dictio triginta milia virorum. Iuxta Hebreum habetur. Et fecit ascendere rex Selomo tributum de omni Israël: & fuit tributum triginta milia virorum. Augmentum tributi ab invierto Israele indixit Salomon præstipendio triginta milia virorum quos misit ad montem libani. Et dicendo fecit ascende tributum, manifestat quod prius erat tributum quod auctum est. sit autem specialis mentio istorum triginta millium, quia mittebantur ad remotiora loca, propter quod subiungitur tum locus (videlicet mons libani) ad quem mittebantur: tum modus quo distribuebantur, qui in vulgata editione non refertur integrā hebraicē scribitur. Et misit eos ad lebanon decem milia in mense vicissim: mense erant in lebanon, duabus mensibus in domo sua. Quater in anno fiebat huiusmodi vicissitudo, singulis enim tribus mensibus triginta milia virorum ibant ad libanum, sic quod decem milia erant in libano primo mense: qui reuertebantur ad domos suas & alia decem milia surrogabantur secundo mese, qui similiter reuertebatur in domos suas surrogatis aliis decem milibus pro tertio mense, quo completo reuertebantur & ipsi in domos suas. & sic in qualibet quarta anni erant singuli uno mense in monte, & duabus mensibus in

in domo sua pro operibus domesticis. & Adoniram erat super huiscemodi inductionem, iuxta Hebreum habetur. & Adoniram super tributum. In praecedenti capitulo iste Adonira descriptus est inter principes Salomonis in officio super tributum: & ne alius putaretur deputatus super hoc speciale tributum, repetitur idem.

Et fuerunt Selomoni septuaginta milia portantium onus: & octoginta milia latomorum. Iuxta Hebreum habetur. casorum. Nec explicat an fuerint cæsores lapidū, vel lignorū: sed subiungit immediate. in monte. Nec explicatur quis sit iste mons. quod enim nō sit fermo de monte libani, supradicta testatur, manifestatio quod in libano erat decē millia singulis mēsib⁹. Absque præpositū qu⁹ prærant singulis operibus numero trium milium & trecentorū, præcipientium populo & ijs qui faciebant opus. Iuxta Hebreum habetur. Præter principes, præfectorum Selomoni qui super opus tria milia & trecenti: præsidentes populo facienti opus. Et est hebraicè phrasis dicere præfectorum Salomoni: hoc est præfectorum Salomonis. Et dicendo præter principes præfectorum duos ordines præpositorum operibus insinuat, alterum præfectorum alterum principum super præfectoros. Numerus autem trium milium & trecentorum ad ipsos præfectoros refertur. reseruantur siquidem numerus principum eorum scribendus in. 2. lib. parali. cap. 2.

Præcepitque rex ut tollerent lapides grandes, lapides preciosos in fundamentum templi. Iuxta Hebreum habetur. & fecerunt vthi lapides grandes, lapides preciosos ad fundandum domum. Idem lapides erant grandes & preciosi: quales sunt lapides marmorei & porphyretici & similes, et quadrarēt eos. Iuxta Hebreum habetur. lapides dolatos. Tertia conditio lapidum eorundem describitur. Quos dolauerunt clementarij Selomonis & clementarij Chiram: porro biblij. Hebraicè habetur. & Ghiblim. & potest latine dici. & finitores. Ita quod Hebraica litera est. Et dolauerunt clementarij Selomonis et clementarij Chiram & finitores: & preparauerunt ligna & lapides ad edificandū domū. Officium siquidem finitorum est sic disponere dolationes ut lapis lapidi confinis quadraret, & similiter lignum ligoo. huius enim artis opera factum est quod in sequenti subiungitur capitulo: videlicet quod sonus mallei & securis non est auditus in ædificatione templi.

TERTII REG.

CAPVT VI.

ET fuit in octogesimo anno & quadringentesimo anno egressionis filiorum Israhel de terra Egypti, in anno quarto in mense Ziu (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israhel. & adificauit domum domino. Initium adificationis templi quantu[m] ad tempus describitur tum ab egressu ex Egypto, tum a regno Salomonis: videlicet mense secundo anni quarti regni illius. Et apponitur nomen mensis Ziu, quem aiunt esse mesem secundum inter menses anni.

Domus autem quam adificauit rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & vixiginti cubitos in latitudine, & tricentia cubitos in altitudine. Quantitas templi secundum spatium vacuum intra ipsum, describitur in hac litera. Descriptio autem quae fit. 1. parali. ca. 3. comprehendit altitudinem etiam totius adificii, quod erat supra templum: ut ibi declarabitur. Et porticus erat ante templum. Iuxta hebreum habetur. Et vestibulum super faciem templi domus, hoc est in parte orientali, quae facies tauri dicitur. vixiginti cubitorum longitudinis super facie latitudinis domus: & decem cubitorum latitudinis super facie domus. Aequalis describitur qualitas longitudinis vestibuli quantitat[i] latitudinis tauri ut tota facies tauri vestibulu haberet: cuius latitudo ante faciem templi ad decimum usque cubitum protendebatur sub diu: in hoc enim vestibulo erat multa via quae inferius describentur. Et hoc est spatium inter altare holocaustorum & templum. Fecitque domus fenestras obliquas. Iuxta Hebreum habetur. fenestras respicientes clausas. hoc est fenestras quae clausae illuminabant. Et communiter exponitur non de clausura absolute, sed relative ad partem alteram: hoc est ad interiorē partem. existente enim magna grossitudine muri, oportet fenestras sic fieri ut strictae sint in exteriori superficie & latere valde in interiorib[us] partibus muris hinc & inde ut lumen diffundatur per domum. Describuntur itaque fenestras aspiciētes clausae, quia aspectus per huiusmodi fenestras clausulas erat. non tamen enim erant fenestras quam strictae ac longe quædam aperturæ, non ad usum aspiciendi, sed ad illuminandum. Aduerte hic prudens lector quod potest legi. fenestras aspiciētes clausi, quia fenestras nomen apud hebreos est communis generis, & tam aspiciētes quam clausi est masculini generis. Si itaque viri aspiciētes clausi significentur, sensus est. fenestras tales quod aspiciētes per illas erant

CAPVT VI.

219

rant clausi: ad differentiam fenestratum quae communiter fiunt, per quas aspiciētes extra sunt manifesti. Et secundum hunc sensum desribuntur fenestrae marmoreæ foraminibus plena, reddentes quidem lumen, sed claudendo aspiciētes.

Et adificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circumuum templi & oraculi. Quanuis dictio hebraica significat super, contextus tamen subiectorum manifestat quod hoc in loco non pro super, sed pro iuxta ponitur. & propterea legendum est. Et adificauit iuxta parietem domus latus in circumitu, parietibus domus in circumitu templi & Deuir. Aduerte prudens lector quod prius descriptum est templum quo ad internum spatium: deinde quo ad externā partem iuxta faciem templi, describendo vestibulum cum fenestris: modo autem describitur reliquum circumcirca extrinsecus ambiens templi. Ita quod paries templi distinguitur contra faciem templi: & propterea dicendo in circumitu, non comprehenditur facies templi. & dicendo in circumitu templi & Deuir, significat illam partem quae appellatur sanctu[m] sanctotorum: facit enim mentionem & templi & Deuir, ad manifestandum quod vniuersus paries circumcirca habuit huiusmodi latera. Appellatut autem sanctum sanctorum Deuir, eo quod ibide loquebatur deus respondendo consultationibus & supplicationibus. & fecit latera in circumitu parietis reliqui à facie templi. Resumit adificium laterum in circumitu, ad distinguendum latera hæc in tres ordines: videlicet infimum, medium & supremum. Vnde & subdit. Tabulatum quod subter erat. Hebraicè habetur. Latus subter. Et ne sepius replicemus, hebraicè semper scribitur latus ubi interpres scribit tabulatum, quinq[ue] cubitorum latitudinis. Intellige quo ad pavimentum. & similiiter quod subditur de latere medio latitudinis sex cubitorum, intellige quo ad pavimentum: similiq[ue]; modo intellige de tertio latere latitudinis septem cubitorum quo ad pavimentum. Ita quod pavimentum infimum erat secundum latitudinem quinque cubitorum, pavimentum vero medii sex, pavimentum autem supremi septem. & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem cubitorum latitudinis. Etraatio huius inæqualitatis subiungitur. trabes autem posuit in domo per circumitum forinsecus ut non hæcerent muris templi. Iuxta Hebreum habetur, quia deficiencias dedit domus in circumitu foris ad non apprehendendum parietes domus. Prædictæ inæqualitatis

Ee iiij

ratio

ratio redditur, modus qui seruatus est aedificando huiusmodi latera relatiue ad muros templi. Quod ut facile intelligas, distinguere modos duos quorum altero possunt pavimentorum medijs & supremi trabes iungi muris templi & firmari in eis. Alter modus est ut foramina essent in muris templi in quibus capita trabium ponerentur & firmaretur. & iuxta hunc modum aedificandi non erat necesse ut pavimenta essent inæqualia: sed poterant omnia esse æqualia, existente muro templi foro se-
cus æquali. & hic modus excluditur à litera, dicente ad non apprehendendum muros domus. Alter modus est ut murus templi foris surgeret æqualis per quinque cubitos, quo cōplete murus surgeret restringitus per unum cubitum, ita quod reliqueretur unus cubitus secundū muri latitudinē vacuus super quo vacuo ponentur capita trabium pavimenti medijs lateris. & hinc pavimentum medijs lateris erat sex cubitorū: erat enim latius pavimento infimi lateris secundū cubitum illū quem ex restrictione muri templi lucrabatur. Et sic à quinto cubito usq; ad decimum surgebat murus strictior infimo: perfecto autem decimo cubito, restringebatur iterum murus templi per unum cubitum super quo vacuo ponebantur capita trabium pavimenti supremi lateris. & propterea hoc pavimentum erat septem cubitorum secundum latitudinem, eo quod lucrabatur duos cubitos ex parte muri templi relatiue ad pavimentum infimi lateris: unum autem cubitum lucrabatur relatiue ad pavimentum medijs lateris. Has autem duas restrictiones author libri appellat deficientias, dicendo quia deficientias dedit domui in circumitu foris. Et si vim rationis redditæ in litera percipere vis, presupponere cum ipsa litera quod latera ista tria (infimum medium & supremum) secundum terminos latitudinis ex parte exteriori erat æqualia, ita quod una linea recta perpendiculariter duci potuisset ab exteriori termino latitudinis fundamēti supremi lateris usq; ad exteriorem terminū latitudinis fundamēti infimi. Præsupposita n. hac æqualitate exteriori, ratio assignata in litera cogit ad inæqualitatē pavimentorum ex parte interiori qua pavimenta tangebat murum templi & firmabatur in illo. ex hoc enim quod trabes pavimentorum non perforabat murū templi, sed deficientie erat in muro restringo, manifeste sequitur q; pavimentum medijs latius erat pavimento infimi, & pavimentum supremi latius erat vtroque, hæc n. omnia paucissimis verbis litera cōprehendit, reddēdo rationē inæqualitatis quia deficientias dedit domui in circui-

tu foris super quas trabes pavimentorum sustentabantur. Quæ restrictionem factam esse ad excludendum perforationē mutorum templi subiungitur ad non apprehendendū muros domus. si. n. perforati fuissent muri absq; huiusmodi restrictionibus, non oportuisset pavimenta esse inæqualia. Aduerte hic prudens lector prīmū quod quanvis murus templi foris fuerit sic inæqualis, interior tamē superficies erat æqualis. tāta siquidem erat grossitudo muri ex lapidibus dolatis ut non solū ad huiusmodi restrictiones forinsecus vsq; ad decimum cubitū sufficeret, sed etiam ad sustinendū aedificiū altitudinis supra centū cubitos: ut in libro paralip. scribitur. Aduerte secundo q; triplex iste ordo laterū aedificatorū in circūitu parietis templi, sic dispositus erat q; medius ordo iūgebatur in fine & supremus iūgebatur medio: alioquin defuissent sustentantia tā pavimentū supremi quād pavimentū medii ex parte exteriori, impossibile est. n. pavimento latitudini septē cubitorū sufficere sustentationē ex altera tātum parte, videlicet muri templi super cuius unū cubitū capita trabium sustinebātur. Erat igitur proculdubio isti tres ordines laterū sic dispositi q; infimus ordo pavimentū habebat in terra, medii autē ordinis pavimentū, erat & testū infimi & pavimentū medii. & simili-
ter supremi ordinis pavimentū vtrunq; exercebat officiū: erat n. testū medii & pavimentum supremi. Aduerte tertio q; quia inferius subiungitur altitudo æqualis supremi, medijs & infimi (videlicet q; singulorū altitudo erat quinq; cubitorū) nec dicit aliiquid de vsu (ad quē videlicet usum aedificata sint hæc latera) nullaq; sit metrio colūnārū quē præ se ferrēt latera hæc aedificata in silitudinē porticus, intelligēdū restat ut intelligamus ad usum domus aedificata fuisse hæc latera: & ppteræa nō colūnis, sed muris propriis exteri⁹ solta. si. n. colūnis fulta fuissent, aut hæc aut in paralipomeno scripta esset res hæc non minimi momēti. Aduerte quarto q; hinc habetur nullū fuisse in templo dei ostiū nisi in facie templi quē erat ad otiētē. ex hoc. n. q; foris in circūitu parietis templi aedificata scribuntur hæc latera, manifestatur q; vniuersus paries templi circūlatus erat usq; ad latitudinē quindecim cubitorū his late-
ribus: & ppteræa nullū relinqui locū alicui portæ circūlaria.

Domus autem cum aedificaretur, de lapidib⁹ dolatis atque perfe-
ctis. Parui referri quod habetur, de lapidib⁹ perfectis mo-
ris aedificata est. Dicitur perfectis, ad significandum integritati-

tem non solum lapidum, sed operis. adiungitur autem motis seu vextis, ad manifestandum quod prius fuerunt lapides perfecti & postea vexti ad ædificium: ut nulla opus fuerit opera ad perfectionem alicuius lapidis in ipsa ædificatione. Et propterea subditur. et malleus & securis & omne instrumentum ferratum non fuit auditum in domo cum ædificaretur. consequens enim est ut perfectis prius integrè lapidibus nullus sonitus instrumentorum ad perficiendum lapides audiretur in ipsa ædificatione. de his enim est sermo: Et non excluditur concursus instrumentorum ad iungendum lapides & alia opportuna. Ostium lateris medij. Legendum esset. Porta lateris medij. Iam dictum est quod triplex erat ordo laterum: in simus, medium & supremus. De porta infimi lateris nihil scribitur: quia in terra erat, nec per murum templi oportebat intrare illud. sed de porta tam medij quam supremi lateris scribitur, quoniam ipsa intra grossitudinem muri templi erat. in pariete erat domus dextra. Iuxta Hebreum habetur, ad arnum domus dextrum. Dexter armus domus, meridionalis murus tèpli intelligitur. appellat. n. scriptura septentrionalem plagam sinistrâ & meridionalē dextram. In grossitudine ergo muri meridionalis templi facta est porta ad ascendendū ad medium latus. & per Cochleam ascendebat in mediū cœnaculū, & à medio ad tertium. Interpres addidit cœnaculū. gradus. n. in modum cochlearum intra muri grossitudinem describūtur usque ad medium latus. ibi enim inueniebatur porta ingressus in pavimentum medij lateris: sed gradus non finiebantur ibi, sed per modum cochlearum per eandem muri grossitudinē tendebāt usq; ad ingressum in pavimentū supremi lateris.

Et ædificauit domum & consummauit eam. De consummatione templi quo ad substatiā eius est sermo, propter quod & subditur de recto, quæ est substancialis pars domus. textū: dominum laquearibus cedrinis. Licet Hebraica dictio anceps sit, reūtius tamen legeretur. & contignauit domum ignis & laquearibus cedrinis. materia siquidem recti templi describitur. Et ædificauit tabulatum super omnem dominum quinque cubitis altitudinis. Legendum est. Et ædificauit latus iuxta totam dominum, quinq; brachiorum altitudo eius. Ideo resumpit ædificium laterum ut manifestaret altitudinem cuiusq; lateris. Et hinc habetur quod nullum latus erat sub diuo. altitudo enim secundum quantitatem à fundamento ad tectum attenditur. & operuit dominum

lignis

lignis cedrinis. Iuxta hebræū habetur. & apprehendit dominum in lignis cedrorum. Laquearia colligantia muros templi (quaæ & sustinebāt tectum) describuntur apprehendere dominum: hoc est perforare dominum. erant enim muri tèpli secundum interiorem superficiem æquales: & propterea oportuit quasi foramina vacua in muro pro capitibus laquearum efficere.

Et factus est sermo domini ad Selomonem dicendo. Sermo iste perfectis partibus substantialibus domus fuit antequam ornaretur domus ipsa, nō solum quia hoc in loco scribitur, sed præcipue quia subiungitur. Domus hæc quam tu ædificas, si ambulaueris in statu meū, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mædata mea gradiendo in eis. iungendo. n. hæc duo (quod narrata perfectione dom⁹ quo ad substatiālia narratur deus dices Salomoni domus hæc quam tu ædificas) appareat quod tunc Deus allocutus est Salomonem: modus autē loquendi non est scriptus. Et legēdum esset. domui huic, ut inueniatur constructio grāmatica, respondet. n. verbo. firmabo sermonem meū tecum quem locutus sum ad Dauid patrē tuum. Est. n. sensus q; huic domui tecū firmabo sermonē meū quē locutus sum &c. si ambulaueris in præceptis meis &c. Et dixit hēc Deus, ne erraret Salomon putando quod propter hanc quam ædificabat domum, Deus firmasset pollicita Daudi. oppositum enim revelat Deus: videlicet quod ambulatio Salomonis in via Dei exit ratio q; pollicita Daudi firmēt domui huic & Salomoni, ut hinc discamus quod ædificare templa prodest ædificanti, si præcepta Dei seruet. Et habitabo in medio filiorū Israel: & non derelinquam populum meum Israel.

Et ædificauit Selomo domum & consummauit eam. Si non res sumit ut adiungat subiuncta, sermo est de ædificio super addito substantialibus partibus. ita quod primum narrat ille in genere & factum & completum à Salomone: deinde narrat idem per singula distinguendo. Et ædificauit parietes dominus intrinsecus tabulis cedrinis. Legendum esset. cosis cedrorum, ad similitudinem siquidem costarum erat ligna cedrina tegentia parietes templi intrinsecus. Et dicendo ædificauit, innuit quod non affixione clavorum, sed ædificatione iungebantur muris templi. à pavimento dominus usque ad summātem parietum & usque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinsecus. Legendum est incipiendo clausulā. à pavimento dominus usque ad parietes contignationis operuit ligno intrinsecus. Decla-

ratio

TERTII REG.

ratio est præcedentis clausulæ. & texit pavimentum domus tabulis abiegiis. Legendum esset. costis abieciis. similia enim costis describuntur ligna pavimenti. Aedificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi. Hebraicè habetur. à coxis domus. Certum est partem ultimam templi significari ad plagā occidentalem: quæ variis nominibus describitur in diuersis scripturæ locis. & hic à coxis domus nominatur, quia tanquam coxarum locum in corpore tenet tertia postrema pars. Fit enim specialis mentio illius partis, quia illa erat sanctū sanctorum. tanquam haec tenus dicta de tegumento parietum, intelligenda sint de prima parte templi quæ appellatur sanctū, cuius longitude erat quadraginta cubitorum. de reliqua enim parte viginti cubitorum modo est sermo. tabulata cedrina, à pavimento usque ad superiora. Legendum esset. costas cedri, à pavimento usque ad parietes Sonat litera quod etiam pavimentum huius ultima partis texit costis cedri. & quo ad hoc præstabat pavimentum istius partis pavimento reliquo, quod erat ex costis abieciis. & fecit interiorem domum oraculi in sanctū sanctorum. Iuxta Hebreum habetur. & aedificauit ei intrinsecus deuir pro sancto sanctorū. & etiam datus i calus Deuir. Declaratio est præcedentis clausulæ viginti cubitorum. declaratur enim quod spacio illi intrinsecus, (videlicet Deuir) pro sancto sanctorum aedificauit dictam structuram. Vbi prudēs lector adverte quod nulla sit mentio muri in hoc ædificio viginti cubitorum: sed duntaxat dicitur quod aedificauit viginti cubitos à pedibus domus in costis cedrinis.

Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum præ foribus oraculi. Legendum esset. Et quadraginta cubitorum fuit domus ipsa templum ante. Spatium quadraginta cubitorum appellatur domus distincta à Deuir. & eadem dicitur tēplum ante, vel quia erat ad orientem, vel quia erat ante Deuir ingrediētibus tēplum. Et cedro domus intrinsecus vestita erat, habens. Legendum esset. habet. quoniam ad cedrum refertur, tornatras & iuncturas suas fabrefactas & calaturalis eminentes. Quæ vocantur tornatura & calatura eminentes, Hebraicè tonant incisiones artificiosas & incisiones ad instar gemmantium seu florentium ramuscotorum. omnia cedrinis tabulis vestita sunt, nec lapis apparebat.

Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, ut posset ibi i tecnam faderis domini. Quanvis hebraica dictio significare

CAPV T VI.

222

ficare possit in medio, legēdum tamen esset. Et Deuir in intimo domus intrinsecus fecit parare, ad dandum ibi i tecnam faderis Iehouah. Deuir enim interpretatum oraculū, non erat in medio domus, sed in terra parte postrema ipsius domus & propterea dicitur in intimo domus intrinsecus. Porro oraculū habebat viginti cubitos longitudinis & viginti cubitos latitudinis & viginti cubitos altitudinis. Iuxta Hebreum habetur. Et in fabricis Deuir viginti cubitorum longitudine & viginti cubitorum latitudine & viginti cubitorum altitudine eius. Facies Deuir appellantur superficies eius: quæ æquales secundum omnem dimensionem intercepit spatij describuntur secundum planum litteræ sensum. Ita quod ex litera habetur quod sanctum sanctorum erat altitudinis viginti duntaxat cubitorum: utpote perfecte quadratum. Hinc intelligamus paulo superius scriptum de ædificio viginti cubitorum. referri non solum ad divisionem oraculi à templo, sed etiam ad divisionem recti ipsius oraculi à testo cōmuni totius templi. erat enim tēplum altitudinis cubitorum triginta. Si quis tamen diceret quod spatium viginti cubitorum secundum altitudinem distinguebatur non recto medio, sed designatione & dissimilitudine opifici à spatio decem cubitorum usque ad tēplum templi, nescio si possit conuinci. & vestiuit illud auro puro: & altare vestiuit cedro. De altari thymiamatis est sermo. Domine que ante oraculum. Sententia redditur: Hebraicè tamen scribitur. & texit Selomo domum intrinsecus auro puro. Ne repetatur idē, per domum intrinsecus non intelligimus oraculum, sed domum secundū interiorem superficiem. & affixit laminas clavis aureis. Iuxta Hebreum habetur. & transiit in catenis auris quod ante Deuir, & vestiuit illud auro. Paries ex costis cedri dividens sanctū à sancto sanctorū appellatur ante Deuir, quod absq; muro ex costis cedri fuisse, testatur necessitas catenarum: hoc est vectiu officiu catenarū (quod est ligare) exercitium. qui cū ferrei debuissent esse, aurei describūtur transentes super costarū latitudinem advinciendū costas simul. Et quia specialis fit méto quod vestiuit parietem hunc ligneum auro, & ante Deuir catenæ huiusmodi describuntur, insinuantur quod de exteriori superficie illi' parietis lignei est sermo tū quo ad catenas tū quo ad deaurationem. Ita quod ligates costas istas ligneas vectes erāt non in superficie intra Deuir, sed in superficie exteriore, quæ etiā vestita auro deseribitur.

interior

TERTII REG.

interior enim superficies iam descripta erat vestita auro cum reliquis superficiebus oraculi. Totamque domum vestiuit auro usquequo perficeretur tota domus; sed & totum altare oraculi textit auro. Hebraicē habetur. & totū altare quod Deuir vestiuit auro, Et est Deuir datui casus. est enim sermo de altari thymiamatis, quod erat non ipso oraculo, sed ad ipsum oraculum: erat enim positum ante prædictum parietem ligneum.

Et fecit in Deuir duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. Et quinque cubitorum ala Cherub una, & quinq; cubitorum ala Cherub secunda: decem cubiti erant a summitate ala unius usque ad summītatem ala alterius. Decēmque cubitorum erat Cherub secundus: mensura & opus unum erat ambobus Cherubim. Altitudo Cherub unius decem cubitorum: & similiter Cherub secundi. Posuitque Cherubim in mediis domus interioris, & extenderunt alas Cherubim, & tangebat ala unius parietem, & ala alterius Cherub tangebat parietem alterum: atque eorum in medio domus seiniucem tangebant. Et vestiuit Cherubim auro. Aduerte prudens lector quod isti Cherubini hic descripti non sunt illi quos descripti Moses, nec ad illud officium ad quod descripsit Moses. illi enim erant aurei & parui, iuxta arcā mutuo se respicientes quasi sustentantes sedem Dei: isti autem lignei & magni (utpote decem cubitorum) & respicientes ad orientalem plagā &c. Sed creditur Salomonem fecisse hos Cherubinos ex dispositione Dauidis, & illos alias aureos iuxta dispositionem Mosaicam.

Et omnes parietes domus per circumitum sculpsit variis cælaturis & torno & fecit in eis Cherubim & palmas. Luxta Hebræum habetur. cælavit apertis cælaturis Cherubinorum & palmarum. Orientatus parietum clare describitur, & picturas varias quasi prominentes de pariete & egredientes. Luxta Hebræum habetur. & apertioribus gemmarum in intrinsecus & extrinsecus. tria enim hæc (videlicet Cherubini & palmæ & apertæ gēmæ arborum) incisa in lignis illis describuntur intrinsecus & extrinsecus: hoc est in sancto sanctorum & in sancto. Et pavimentum domus vestiuit auro intrinsecus & extrinsecus. hoc est tam in sancto sanctorum quam in sancto.

Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola: luxta hebræum habetur. Et portæ Deuir fecit ostia. Vnica porta, multæ vero valvae describuntur pro ingressu oraculi, de lignis oliuarum: posteaque angulorum quinque. luxta Hebræum habetur. ligna olei, limi-

nare

CAPVT VI.

223

nare & postes à quinta. Quinqueangulotū intelliguntur tam postes quam liminare & superliminare quo ad formam: quo ad materiam vero ex lignis olearum. Et duo ostia de lignis oliuarum, eadem enim describitur materia valuarum duarum unius portæ, quæ descripta est materia vtriusque liminis & postis. & scalpsit in eis picturā Cherubim & palmarū species & Anaglypha valde prominentia. Legendum est ut supra. & cælavit in eis cælaturas Cherubim & palmarum & apertiorum gēmarum. expone ut supra. & vestiuit auro. ipsas valvas ac postes & limina, & opernit tam Cherubim quam palmas & cetera auro. Legendum est. & extendit super Cherubim & super palmas auro. Per singula narrat appositum aurum.

Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulares. luxta Hebræum habetur. Et sic fecit porta templi postes ligni olei, à quarta. Quadrangulares postes portæ templi describuntur ad differentiam postium portæ oraculi. Et dicendo portæ templi, vnica significatur templi porta. Et duo ostia de lignis abiegi. Vide differentiam quo ad materiam, valvae templi ex ligno abietis erant, postes autem ex ligno oliuæ: in valvis autem oraculi omnia erant ex lignis oliuarum. altrise & vtrunque ostium duplex erat & seiniucem tenens aperiebatur. luxta Hebræum habetur. duæ costæ valvae unius rotunda, & duæ cælature valvae secunde rotundæ. Costæ transuersæ sunt in corpore animalis: & ad costarum instar duo distinctiua in superficie ostij æquidistantia appellantur duæ costæ. inter quas & summum ac infimum ostij tria vacua intercipiuntur, quæ non quadra, sed rotunda describuntur: quia costæ ipsæ circulū constituebāt. hoc enim modo etiam hodie videmus principiū ostia fieri. costis tamen quadrangulis. In tribus circulis inter duas costas in singulis ostiis erat cælatura varia. & ad declarandum breuiter similia fuisse ambo ostia, dicitur in litera quodd cælatura secundi erant rotundæ. costæ enim rotundæ cum cælaturis communes significantur vtrique valvae. Et sculpsit Cherubim & palmas & cælaturas valde eminentes: opernitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Lege ut supra. Et cælavit Cherubim & palmas & apertiores gemmarum: & vestiuit auro directo super cauatum. Narrantur figuræ cælatae in illis rotunditatibus: & declaratur operimentum auri directum fuisse ad penetrandum concavas partes quæ ex incisionibus cauatae fuerant.

Et

TERTII REG.

Et adificauit atrium. Præter vestibulum templi superius de scriptum, adificatum est hoc attium magnu quod in euægiis appellatur templu. in hunc enim loci ingrediebatur populus ad adorandum &c. interiu tribus ordinibus lapidum politorum: & uno ordine lignorū cedri. Legendū esset. intrinsecus tribus ordinibus dotorum: & ordine excisari cedrorum. intra siquidem atriu quatuor isti ordines describuntur: sed modus quo dispositi erant non scribitur. Et quidem si planu erat atriu, facile est intelligere hos quatuor ordines fuisse tanquam ordines subseßiorū hinc & inde: tres quidem pro populo, quartum autem pro optimatibus ex lignis cedri. verumtamen quicquid de hac dispositione dicerem, diuinando loquerer.

In anno quarto regni Salomonis. fundata est domus domini in mense Ziv, hoc est in mense secundo anni, qui est Sole existente in taurō. Et in anno undecimo regni Salomonis in mense bul, ipse est mensis octauus, in ordine mensium anni, inchoando annum à mense Iunæ primum impleta à sole in arietate, menses enim lunares supputant hebrei, perfecta est domus in omni opere suo. Parui refert quodd hebraicæ habetur. in omnibus rebus suis. & similiter subiungitur. & in omnibus regulis suis. hoc est secundum vniuersas designationes suas, & adificauit eam septem annis.

CAPVT. VII.

Domum autem suam, hoc est domum habitationis propriæ. adificauit Selomo tredecim annis: & compleuit totam domum suam. Scriptum est hoc ad manifestandum maius adhibitum fuisse studium ad edificandum templum quam domum regiam: ut ab exemplo discant principes diuina adificia maiori adificanda sollicitudine & diligentia quam propria.

Aedificauit quoque domum saltus lebanon. Altera est hæc domus appellata domus syluæ non cutiuscunque, sed libani, eo quod in hac domo erat quasi sylua ad instar libani, erat enim hæc domus tanquam syluestris. centum cubitorū longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis. Quantitas domus habitationis regiæ tacita est: quætitas vero illius domus sylvestris scribitur. & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Iuxta hebræum habetur. Super quatuor ordines columnarum cedrinarum. Nihil dicitur de deambulatoriis: sed quatuor describuntur ordines columnarum

CAPVT. VII.

224

rum non ex marmore, sed ex ligno cedri super quas adificata erat domus. Et hinc habetur quod vniuersa hæc domus lignea erat: utpote adificata super columnas ligneas. Numerus autem harum columnarum per quatuor ordines secundum longitudinem domus distributarum, non est scriptus. ligna puipe cedrina exciderat in columnas. Iuxta Hebræum habetur. & excisa cedrorum super columnas. Tectum immediate super columnas describitur ex dolatis lignis cedrinis. Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram: que quadraginta quinque columnis sustentabatur. Iuxta Hebræum habetur. Et contignatio cedrina desuper super costas quæ super columnas quadraginta et quinque: quindecim ordine. Supremum tectum describitur: simul cum media contignatione. tres enim contignationes (supputato tecto supremo) dominus hæc habebat. & de supremo tecto scribitur & contignatio cedrina desuper: modus autem simul cum media contignatione scribitur dicendo super costas quæ super columnas quadraginta & quinque, quindecim singulo ordine. costæ enim appellantur ligna secundū latitudinem domus extensa quemadmodum costæ secundum transversum sunt corporis animalis. Describitur itaq; domus ista distincta tā in media quam in supra cōtignatione in quatuor partes forte æquales: videlicet quod quælibet pars erat longitudinis vigintiquinq; cubitorū. totius enim domus longitudine erat centum cubitorum. Distinguebantur autē istæ quatuor partes tribus ordinibus columnarum. ita quod primus ordo columnarum secundū latitudinē domus ex quindecim costâs columnis separabat primam partem à secunda: secundus autem ordo columnarum similis primo separabat secundam partem à tertia: tertius autem ordo columnarum separabat tertiam partem à quarta. & sic triplici ordine columnarum quorum quilibet cōtinebat quindecim columnas, distincta erat domus hæc. Super has autē columnas trabes posse appellantur costæ, quæ super columnas quadraginta quinque (affigendo quindecim columnas quilibet ordini) sita erat. Vbi prudens lector aduerte quod istæ quadraginta quinque: columnæ nō sunt illæ quibus paulo ante scriptū est ꝑ adificauit domū super quatuor ordines columnarū. nā illarum, quatuor narrantur ordines absque numero columnarum: istarum vero tres narrantur ordines cum numero columnarum cuiuslibet ordinis. & narrat dispositio earū. quod videlicet sustentabant

TERTII REG.

bant costas: quod est dictu, erant dispositae & ordinatae secundum latitudinem domus. Et intellige similes ordines columnarum ad distinctiones partium etiam in supraem a contignatione. Nec sis ita ruditis ut intelligas spatium de columna in columnam relictum vacuum, sed tabulis loco parietis plenum. tota enim domus erat lignea, ut domus sylvestris ex sylva dūtaxat cōstaret: hanc enim magnificētia effect Salomon.

Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra seiuicem positas, & ē regione se respicientes aequali spatio inter columnas: & super columnas quadrangulata ligna, in cunctis aequalia. Tota ista litera usq; ad descriptionem porticus unde irreperit nescio: nā hebraicē immediate post ordinē colūnari pr̄scriptum subiungit. Et respectiōnē tres ordines, hoc est & fenestratiō tres ordines. Quod ut intelligas, adverte q̄ domus ista secundū altitudinem in tres distinctā erat habitationes: infimā, mediā & supremam. & propterea dictum est quod tres habebat cōtignationes, supputato supremo teō. in qualibet autem harum partium erat unus ordo fenestratum: & propterea dicitur & fenestrarum tres ordines: videlicet infimus, medius & supremus. Distinctio autem harum habitationū etiam si non insinuaretur ex antedictis, manifeste insinuatur per dispositionem fenestrarum infimarum, mediārum & supremarum: oportet enim coinelligere ordinibus fenestrarū ordines habitaculorum. Deinde immediate sequitur. & fenestra ad fēnestrā, hoc est & fenestra respondens fenestrā, ita quod suprēmi ordinis fenestra perpendiculariter sita erat supra fenestrā mediī ordinis: & similiter illa supra fenestrā infimi ordinis. Deinde immediate sequitur, tribus vicibus, hoc est iste triplex ordo fenestrarum multarum in infima, & similiter multarum in media, & similiter multarū in supraem habitatione sic dispositarum, tribus vicibus multiplicabatur. verbi gratia erant decem fenestra in triplici ordine: hoc est triginta fenestrae in prima parte longitudinis domus, & triginta aliæ similiter disposite in media parte longitudinis domus, & triginta in postrema parte longitudinis domus. sic enim tribus vicibus repetebatur triplex ordo fenestrarum, sic quod fenestra esset supra fenestrā. Et reuera resultabat pulcher aspectus, & aedificatoriae arti cōsonans. Deinde immediate sequitur. Et omnes portae & postes quadrati aspectus: et ē regione aspectus ad aspectum tribus vicibus. Describitur vniuersa portarum aulicarū multi-

tudo,

CAP. VII.

225

tudo, tum quo ad figuram earum & postum quadrangula- rem, tum quo ad situm, quia sita erant secundum aspectum. Et ad qualitatē aspectus declarādam subiungitur quod aspi- ciebat una porta contra aliam: hoc enim seruatur secundum artem fabrilem. Tum quo ad numerum talis ordinis portarum, dicendo tribus vicibus, super quodlibet pavimentum si- quidem cuiuscunq; contignationis erat iste ordo portarum, portæ ē regione portæ secundum lineam longitudinis. Et sic finitur narratio xđificii domus saltus libani in scipsa: na- tur autem consequenter illius atrium.

Et porticum columnarum fecit. Non scribitur an porticus te- gens ab imbre, an vestibulum sub diuō fuerit. longitudo si- quidem cum latitudine duntaxat describitur, nulla mentio- ne facta de altitudine. Et appellatur hoc atrium, atrium co- lumnarum, ea ratione quia erat atrium domus xđificata super columnas. quinquaginta cubitorū longitudinis, ut atrium esset ēquale latitudini domus. & triginta cubitorū latitudinis: & al- tera porticum in facie maiori porticus. Iuxta hebræum habetur. & porticus super facies eorū. Situs describitur eiusdem atri: vi- delicet q̄ situm erat in facie eorū: hoc est in anteriori parte: hoc est ad plagam orientalem quæ erat facies domus colum- narum. & columnas et epistylia super colānas fecit. Iuxta heb. ha- betur, & columnas & trabes super facies eorum. More solito de- scribit singulorū sitū, ita quod non solum atrium ante faciē do- mus, sed & columnæ & trabes colligatē colānas erant ante domum. Et per hoc declarat quod atrium istud etiam erat li- gneū, ex columnis lignis & trabibus colligatībus colānas. & in his subintelligit partis ligneus claudens atrium.

Porticum quoque soli in qua tribunal est, fecit. Iuxta he- bræum habetur. Et porticum sedis in qua iudicabit ibi, porticum iudicii fecit. Occasione descripte porticus domus sylvestris, transit ad describendum porticum in domo regia cuius in principio capituli meminerat, & describit porticum iudicii in qua erat sedes Salomonis ad iudicandum populum. & per hoc describitur certus locus in domo regia in qua rex dicebat ius populo. & texit lignis cedrinis à pavimento usq; ad sum- mitatem. Iuxta hebræum habetur. & contignatio cedrina à pavimento usq; ad pavimentum. Sic iacet in hebræo. Et ap- pellat pavimentum etiam teōrum istius porticus, eo quod teōrum illud pavimentum esset superioris habitaculi: ad ma-

Ff nifestandum

TERTII REG.

nifestadum quod super porticum istam erat habitaculum, Parietes itaque omnes ab imo usque ad summum crustati cedriis lignis describuntur, ita quod erat etiam desuper habitatio. Et hunc esse literalē sensum, ex eo patet quod secundum hoc opificium constructa subiunguntur multa ædificia. Et domuncula in qua sederetur ad indicandum erat in media portico simili opere. Iuxta Hebreum habetur. Et domui sua in qua habitabit ibi atrium aliud intrinsecus ad porticum, sicut opus istud fuit. In eadem domo regia in qua habitabat Salomon aliud atriu describitur simili opere factum: & erat sitū intrinsecus relatiue ad porticum iudicij. ita quod porticus iudicij erat fortis respectu ad hoc atrium, quod erat internū atrium domus regiae. Et neutrius tamen erat sub diuo, sed utriusq; tectum erat pavimentum alterius habitationis: ut sāpe videmus fieri in palatiis principum. domum quoque fecit filia Parhonus quam accepérat Selomo, secundum porticum hanc. Tertia narratur domus profana ædificata à Salomone, opere simili opificio porticus prædictæ quo ad ligna cedrina à pavimento usque ad pavimentum.

Omnia lapidibus preciosis qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati erant. Iuxta Hebreum habetur. Omnia hæc lapides preciosi secundum mensuras dolati, complanati planula intrinsecus & extrinsecus. declarato enim opificio quo ad ligna cedrina omnium istorum (videlicet porticus iudicij, atrij interni domus regiae & domus filii Pharaonis) declaratur materia corundem quo ad lapides parietum; videlicet quod erant lapides preciosi dolati ac coplanati intus & extra. & à fundamento usque ad summam parietum, & intrinsecus usque ad atrium maius. Error est scriptoris: legendum est. & extrinsecus usque ad atrium grande, sic enim habetur hebraice. Extenditur similis fabrica ad extrinseca: videlicet atrium magnū, proculdubio domus regiae. Et dicendo & extrinsecus, manifestat tertium atrium domus regiae, ita quod atrium iudicij era situm in loco medio inter atrium internum & atrium magnum, cuius qualitas inferius describetur. Fundamenta autem erant lapides preciosi, lapides magni: lapides decem cubitorum & lapides octo cubitorum. Post descriptos lapides parietum, describuntur lapides fundamentorum valde magni. Et desuper. hoc est in superficie.

CAP. VII.

226

superficie fundamentorum. lapides preciosi, marmorei seu porphyretici. equalis mensura scilicet erant. Iuxta Hebreum habetur, secundum mensuras dolati, nec dicitur an equales an inæquales essent lapides, similiterque de cedro. Iuxta hebreum habetur. & cedrus, iam enim dictum est quod à pavimento in pavimentum erant ligna cedrina. Alicubi itaque superficies pavimentorum erant ex huismodi lapidis bus ad mensuram stratis: alicubi vero ex lignis cedri, prout aulae congruebat.

Et atrium maius rotundum. Iuxta Hebreum habetur. Et atrium grande in circumitu tres ordines dolatorum, & ordo dolatorum cedrorum. Describitur extrinsecum atrium domus regiae quod appellatur atrium magnum: describitur autem circumcirca habere tres ordines lapidum dolatorum, & quartum dolatarum cedrorum, necnon & in atrio domus domini interiori & in portu domus. Iuxta Hebreum habetur. & atrio domus Iehouah intrinsecus, & portu domus. perinde acsi diceretur tum atrio domus Iehouah tum atrio domus regiae. similia enim describuntur hæc duo atria quo ad illos premissos quatuor ordines. Et quod dicitur intrinsecus, non refertur ad domum domini, sed ad superficiem interiorē atrij: vt patet ex scriptis in capitulo præcedenti.

Misit quoque rex Selomo, & talis Chiram de Tyro. Narratus ornamenti & vasorum ærea pro templo, prænarrat artificem. Filius mulieris vidue erat de tribu Naphthali. Non referri ad mulierem, testatur paralipomenon secundus cap. 2, vbi mater istius de tribu Dan dicitur. ex linea ergo paterna erat de tribu Neptalem. & pater eius erat vir Tyrius. natus siquidem erat in ciuitate Tyri pater eius, & propterea Tyrius dicitur. faber atrium et plenus sapientia et intelligentia & scientia ad faciendum omne opus in ære; veniente ad regem Selomonem, & fecit opus eius.

Et fixit duas columnas æreas: decem & octo cubitorum erat altitudo columna unius, quo ad stipitem columnæ: nam altitudo totius molis unius columnæ trigintaquinque erat cubitorum (ut paralipomenon testatur) supputando etiam quantitatem basis, capitis & coronæ. & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vitrante. Iuxta Hebreum habetur columnam secundam. & à fortiori primam. Ambitus unius cuiusque columnæ describitur duodecim cubitorum.

Ff ij Dus

TERTII REG.

Duo quoque capitella fecit qua ponerentur super capita columnarum. Iuxta hebreum habetur. Et duas coronas fecit ad datum super capita columnarum. Nota prudens lector super capita columnarum: & perpendes super columnas fuisse capita qua epistyla & capitella vocari solent, & super capita fuisse coronas, sic enim huiusmodi ornameatum nominat hebraica litera, eo quod quemadmodum corona ornamentum est super caput hominis: ita hoc ornamentum erat super caput columnæ, & formam habebat coronæ. *fusio erit.* subaudi efficit coronas istas. *quinque cubitorum erat altitudo corona vnus, & quinque cubitorum altitudo corona secunda.* Quantitas secundum longitudinem describitur æqualis vtriusque coronæ vi, delicit quinque cubitorum. Et quasi in modum reti & catenarum sibi in se miro opere contextarum: vtriusque capitellum columnarum fusile erat, septena versuum retiacula in capitulo uno & septena retiacula in capitulo altero. Vniuersa hæc, vnicia clausula concludunt iuxta hebreum. Retiacula opere reti, appendices opere catenarum coronis qua super capita columnarum: *septem corona vnus, & septem corona secunda.* Corpus coronæ (non rotum, sed quod erat supra ventrem coronæ) describitur constans ex septem zonis, quarum una erat super aliam: & quælibet zona distincta erat in partem superiorum similem reti & appendicem partem inferiorem opere catenarum. Dixi similem reti: quia dictio hebraica non sonat propriè rete, sed aliquid simile quo communiter exprimimus per rete ob perniciem vocabulorum. Ex istis ergo septem zonis constituebatur non vniuersum corpus coronæ, sed pars superior: vt subiuncta testantur. Erant ergo latæ non parum zonæ istæ constituentes circum circa corpus coronæ supra ventrem: sed omnes istæ zonæ erant simul fusæ, vnum constituentes coronæ corpus cum inferiori parte corporis coronæ, quæ infra pars (vt inferius subiungitur) circulus non paruæ latitudinis erat, paulatim ampliando surgens usque ad zonam infimam inter diæas septem. Et hic largus circulus inferior coronæ pars, erat duorum cubitorum: vt in ultimo capite quarti regum scribitur. & consequenter pars coronæ superior distincta in zonas septem cù malogramatis superpositis, erat trium cubitorum: nam tota coronæ altitudo erat quinque cubitorum.

Et perfectis columnas, Legendum est. Et fecit columnas. Hieronim

CAPVT VII.

217

ram artifex. & duos ordines per circumitu retiaculorum singulorum. Optime interpretatus est hanc clausulam, hebraice minus claram. & duos ordines in circumitu super retiaculum vnum. Intelligitur enim super retiaculum singulum. Et est sermo de duobus ordinibus malogramatorum inferius explicandorum. Et quoniam in libro paralipomenon malogramata describuntur super catenas, hic vero super retiacula, ad verificandum utrumque intelligendi sunt duo isti ordines super singulas zonas: ita quod unus ordo erat super retiaculum & alter ordo erat super appendicem catenam. Et si consideraueris quod septem erant zonæ, summabis quatuordecim ordines malogramatorum, cuilibet zonæ assignando duos ordines: ut hæc sonat litera. *vt tegerent capitella que erant super summissam malogramatorum.* Iuxta Hebreum habetur. ad tegendum coronas que super caput malogramatorum: Et est pars inchoata sententia, est enim ordo literæ, & duos ordines malogramatorum in circumitu super retiaculum vnum ad tegendum coronas que super caput. Quia dixerat super retiaculum vnum, declarat modum quo superponebatur retiaculo malogramatum: videlicet tegendo corpus coronæ que erat super caput columnæ. Describitur itaque corpus coronæ contextum opere fusili ex septem zonis praeditis: ornatum autem per singulas zonas duobus ordinibus malogramatorum, quorum alter tegebat retiaculum, alter appendicem catenam. erant enim malogramata adiecta coronæ & distributa per eam circum circa, tanquam uniones in coronis principum. & sic fecit corone secunda.

Capitella autem que erant super capita columnarum, quasi operæ lili fabricata erant in porticu: quatuor cubitorum. Iuxta Hebreum habetur. Et corona qua super caput columnarum, opera lili in porticum: quatuor brachiorum. Descripto corpore coronæ cum illius ornamento, describitur prius infimum coronæ & deinde supremum, ex imo itaque coronæ egrediebantur in atrium quatuor cubiti foliorum lili ciircu circa. Et describuntur hæc folia lili in atrium eo quod extendebantur non super columnam nec super coronam, sed occupando spatium atrii in aere. Intellige tamen folia hæc per modum foliorum lili & non per lineam rectam extendi. ita quod quolibet folium erat quatuor cubitorum, quanvis non occuparet spatium quatuor cubitorum secundum rectâ lineam: flexa enim

Ff iii fun;